





2. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS BOTANICA, 5

AGENS

DE

VERONICA,

Grundtheil / Ehrenpreis/

QVAM
RECTORE HUIUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,

DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S. R. I. COMITE DE BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ ATQVE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO
INTIMO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESiarUM, MOGUNTINÆ
ET TREVIRENSIS, CANONICO CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE
SUPREMO CHORI-EPISCOPO; EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GUNTINI CONSILIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIQVE
ERFURTENSIS PRO-PRINCIPE,

PERMISSU ET AUTHORITY

AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ ERFURTINÆ
SUB PRÆSIDIO

DN. JOANNIS PHILIPPI EYSELII
PHILOS. ET MED. DOCT.

ANATOM. CHIRURG ET ROTAN. PROFESS. PUBL. CELEBERRIMI, EJUSDEMQUE
FACULT. ASSESS. PRIM. ET SURSENIORIS GRAVISSIMI. P. T. DECANI, ACADEMIÆ
IMPERIALIS NATURÆ CURIOSORUM COLLEG. LONGE DI-
GNISSIMI ET P. L. C.

DOMINI PATRONI, PROMOTORIS, OMNI HONORIS CULTU PROSEQVEND.

PRO LICENTIA,

SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES, AC PRIVILEGI-
DOCTORALIA

LEGITIME OBTINENDI,

PLACIDÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI EXPONIT
JOHANN DANIEL CURTIUS, CORBACHIO - WALDECCU.

DIE. XIV. JANUARIJ, ANNO M DCC XVII.

IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS,

HORIS CONSUVETIS.

ERFORDIÆ, Typis JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.

DISPUTATIONIS URALIS BOTANICA

V E R O N I C A

P. H. G. O. M. A. I. E. N. S. I. S.

ACTORIS HUIUS UNIVERSITATIS ALMAE MATRIS

ALMAE MATRIS UNIVERSITATIS URALIS

WILHELMO

S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

QUE S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

IN V. S. R. L. COMITIS BOHNERBURG

ALMAE MATRIS UNIVERSITATIS URALIS

ALMAE MATRIS UNIVERSITATIS URALIS

ALMAE MATRIS UNIVERSITATIS URALIS

ALMAE MATRIS UNIVERSITATIS URALIS

ALMAE MATRIS UNIVERSITATIS URALIS

ALMAE MATRIS UNIVERSITATIS URALIS



PROŒMIUM.

Medicum magnam sibi comparare posse gloriam, cum delectu medicamentorum, toto die experiuntur Practici, & quidem cum unusquisquè Medicus semper consuetam observet regulam, ut citò, tutò & jucundè curet, ideoque quoad jucunditatem ratione parvitas doseos, & majoris securitatis ergò, seligat ista remedia, quibus possit duos simul dealbare parietes, i. e. non solum uno medicamento causam primariam removere, sed & symptomatibus concomitantibus simul obviam procedere. Talia inter remedia, quæ partim ex Regno Vegetabili, Minerali & Animali desumuntur, non infima subsellia obtinent, v. gr. ex Regno minerali † diaphoreticum, Bezoardicum minerale, † diaphoreticum striatum & cinnabari-

A 2

na.

na. Ex Regno Animali a. C. C. Bezoardicum animale, trochisci de viperis, Ebur ustum, C. C. ustum, spina & caro viperarum, dens Hippototami, lapis manati; Bezoardicus orientalis & occidentalis &c. Ex Regno Vegetabili amplissimus se se offert remediorum campus, utpote quæ partim sunt alexipharmaca ac Bezoardica ac multis & pluribus indicationibus satisfaciunt; Suas omnino laudes merentur præ aliis vegetabilibus Absinthium, scordium, centaurium minus, trifolium fibrinum, salvia, rosmarinus, lavendula &c. Quod si verò deprehendamus, quod nostris in locis dentur herbæ indigenæ, quæ loco exoticarum pretiosarum in nostra regione viliori pretio, comparari possunt & meliorem effectum præstent, potius tales eligendæ quam exoticæ præferendæ. Et quidem ex his præ aliis seligenda erit Veronica, quæ hodiernum à multis Medicis loco Thee in usum trahitur. De cuius Natura, Viribus, & exinde præparatis, loco Speciminis Inauguralis iussu Amplissimæ Facultatis Medicæ in præsentî acturi sumus, implora-

§. I.

ploramus autem in nostris conatibus Divinum
& Clementissimum Numen, ut omnia prospere
eveniant!

§. I.

An te omnia verò ordinis ratio exoptulat, ut
primum enodatio nominis instituat, ubi
statim deprehendimus secundum Autores
Botanicos, quod Veronica sit vocabulum
Græcum, atque Græcæ linguæ Antistites derivent
à *origen*, alii pheronica propterea scribunt, quæ scri-
ptio per V longo assuefacta tempore secundum Ma-
cedonicam Dialectum *pregriat* sonat, i. e. planta talis,
quæ est Excellentissima quoad virtutem, & quæ præ
aliis maxime æstimatur. Hinc quoque Germani-
co idiomate enatum est Vocabulum *Ehrenpreis*.
Quasi cui debeatur præ aliis simplicibus *Ehr: und
Preis*. Vocatur quoque Germanicè *Grundheil/ Heyl
aller Schäden*/ eo quod radicitus vulnera sanat & cu-
ret; Alii Veronica nomen à Monacho Ulmensi dedu-
cunt, *Erhardo* dicto, qui eam appellavit sacram, alii
ab inventrice Monacha, quo etiam collimat *Mentze-
rus in Lexico Plantarum Universalis*, p. 317. Quando
inquit: Nomen traxit ab inventrice Germ. *Ehren-
preis*/ quod laudem & gloriam in Medicina retineat;
Est enim insignis herba pectoralis, pulmonibus in-
primis renibus & aliis visceribus amica. Sunt, qui
eam à *Feronia* derivant, quod sit dicata huic Deæ ne-
morum,

morum, undè ni fallor, secundum nonnullos *Feromen Kraut* nominatur.

§. II.

Veronicam Græcis antiquis fortè incognitam fuisse, multi statuunt, cum ne apex quidem descriptionis Veronicæ apud Veteres extet. vid. *Leonhardus Fuchs*; Similiter *Simon Pauli* in *quadripartito Botanico* iudicat pag. 51. de Veronica dicens: Facile iis accedo, qui eam Veteribus incognitam, sed Recentiorum sagacitate primò inventam, mox variis curandis morbis feliciter esse adhibitam statuunt. Apud *Dioscoridem* Cap. 1. Lib. 4. quidem describitur *Vetonica*, quæ nihil aliud est quam *Betonica rubris & albis floribus*. Sciendum itaque quando supra citatus *Mentzerus* Veronicam nostram etiam *Vetonicam* vocet, hoc nomen planè non comperat Veronicæ veræ, de quâ in præsentî dicturi sumus. Alii asserunt quod apud Veteres alio nomine fuerit insignita. Vix enim credibile censent, quod tam utilis herba tamque jucunda & copiosa fuerit à Veteribus silentio prætermissa. Ast verò quis verè possit dicere, quomodo olim fuerit salutata. Alii putant istam herbam esse, quâ oves tussî pulmonali infectæ se ipsas curant. Addit *Ibnzohar*, quod istiusmodi ovis ægrotantis, hancque herbam devorantis viscera & intestina fuerit scrutatus, & invenit ulcus pulmonum cicatrizatum, se autem, dicit: ignorare, quæ vel qualis herba fuerit, quam ovis comederit. Ex libro antiquo, quem Anonymus descripsit, in margine istius loci sequentia verba adscripta reperi-

reperiuntur: Dieses Krut hatt uf den hütigen Tag
 kainen Nahmen by den Arzet/ als ich us mannigfel-
 tiger Unterredung bisshar verstanden; Abzestigen zu-
 der Malstet/ wo sie Wachung ist/ so hat das Krut
 ein löblich Wachffung und gut Kräfte/ in den hohen
 Naubhäuling oder bi dem Nuchbome mit bloen Blumlin/
 ein Hirt hatt es us Vahr und Rath eines Erfahrenen
 der Arzenei den francken Schaafen geben/ wann es
 ist gar ein gut Hail Krut/ und ist byständig für den
 Buchstein und Zittrachten. Ne nimis prolixa sit
 Nominis Evolutio, sat nobis esse judicamus, nosse,
 nomen Veronicæ huic herbulæ fuisse impositum à Re-
 centibus Botanographis, mirandum tamen, quod
 tamdiu sub incitiæ tegmine occultari necesse habue-
 rit. Potissima hujus rei causa fuit, quod *Dioscori-*
des, qui in describenda illâ adeo verborum parcus
 fuit, ut Auctores rei herbariæ Græci & Latini inter
 se diffideant, quod longissimè *Menzerus* refert ex aliis,
 quod *Veronica* ante ducentos annos Augustin-Kraut
 fuerit vocata. *vid. Rothius* idque *Stocharo* adscribit,
 ratione originis enim idiomate Suevico Augustini,
 quasi *Agststein*/ quod Græci *βερνικα*, quæ est *βερνικα*

S. III.

Varia verò species Veronicæ enumerantur à Bo-
 tanographis, ita *Dn. D. Welfobius* in *Basi sua Botanica*
p. 220. sequentes describit: Veronicam officinalem
 Montanam, palustrem angustifoliam, foliis rutæ,
 flor. incarnato, minimam repentem, fol. chamædræ,
 pingvifoliam, palustrem majorem seu Beccabungam,
 eandem

eandem minorem Veronicam erectam, Veronicam
 fœminam folio subrotundo, Veronicam marem su-
 pinam vulgatissimam spicatam minorem *Clusi*, Ve-
 ronicam atrilem *Dodonæi*, seu caryophyll. sylvestr.
 veron. sylvestri hederæ foliis, pratensem seu Teucri-
 um & gramen Euphrasiæ; & supra dictus *Meuzerius*
L. c. adhuc plures describit: Veronicam marem dupli-
 cem, majorem & minorem ex *Baubino* vulgarem fol.
 rotundiore caulibus viridibus, Teucrium *Tragi*. Beto-
 nicam *Pauli Dodonæi*, spicatam rectam profunde ser-
 ratam, spicatam minorem, spicatam latifol. fol.
 atro-virentibus, splendentibus, spica longiore, pra-
 tensem serpilli fol. integris crenatis floribus pallidis
 cœruleis, dilutis, alpinam frutescentem, saxatilem,
 alpinam & habet alias species: Plures, quæ minus
 ad nostrum scopum inserviunt, apud Botanographos
 pro lubitu legi & evolvi possunt.

S. IV. de bono, meubibus

Quænam itaque harum specierum recensitarum
 sit, de quâ in hoc Specimine Inaugurali controver-
 tendum, nunc erit præsentis instituti. Ubi scien-
 dum, quod officinalem hic subintelligamus, & qui-
 dem tam marem quam fœminam, de quibus mentio-
 nem facit *Tabernaemontanus* in suo herbario, utpote
 qui octo species delineat, quarum tamen aliis pal-
 mam præripit; prima, quæ videlicet præ aliis emi-
 nentiorum virtutem obrinet, & vocatur *Veronica mas*
 repens dicta, cum caule hirsuto tenui & rubicundo,
 radice fibrosâ, hinc & inde in terrâ prorepente, fo-
 liis

liis ex atro viridibus incisus, superius flosculos ex rubicundo-ceruleos tetrapetaloides proferens, cum capsulis binis cordis figuram repræsentantibus & semine multo nigricante repletis, de quâ *Fuchsius* *Zabernamontanus* & *Matthiolus* scripserunt veronicæ modo adductæ.

§. V.

Licet aliæ species eandem qualitatem possideant cum Mare, nihilominus tamen hæc in gradu excellentiori solet operari, ac propterea meritò aliis præferenda, quæ præsertim circa quercus solet crescere, tanquam locum genialem, ex quibus nunc allatis fluit Definitio realis, quæ sequentis tenoris:

§. VI.

Veronica est herba bicapsularis in terra repens, polyspermos, caules habens hirsutos rubicundos, hirsutis floribus tetrapetaloidibus, foliis dentatis ex atrovirentibus; capsula bivalvi tumida cordiformi, septo medio separantè duplicem feminum seriem, à latere septi medii prædicti contentorum nigrorum, ut plurimum compressorum, Vulnerum curationibus ac præcipuè Pulmonum, renum & lienis affectibus Colicæ nempè Phthisi, scabiei, pruritui & Pesti, dicata.

§. VII.

Hæc herba verò, licet insignioris sit virtutis, nihilominus tamen inter herbas vilioris pretii obtinet locum

B

locum

locum natalitium, in locis nata incultis, saxosis atque radiis solaribus expositis, in Sylvis præcipuè, & quidem illa omnium optima censerur, quæ circa radices quercuum crescit & reperitur.

§. II X.

Tempus autem florescendi, quod attinet, observarunt Botanici, quod communiter Junio & Julio id fiat. Ratione verò mutationis tempestatis vel frigidioris vel calidioris, vel tardius vel citius florere soleat; Interim veronica excellentioris virtutis erit, si æstas sit calidior quam frigidior, quemadmodum omnes arbores, frutices ac plantæ maturiorem succum balsamicum in se continent æstate calidiore existente, ita quoque exindè enatum est Veterum proverbium:

Sonn: Jahre
Wonn: Jahre.
Roht: Jahre
Noth: Jahre.

§. IX.

Ex ante dictis, satis patet, quænam species veronica sit præferenda: itaque ratione temporis selectus quoque erit instituendus, nempe flores dum satis apparent, id quod Mensibus Majò, Juniò, & Juliò fieri solet, colligendi & ad usus Medicos coaptandi sunt, & quidem aère & cælo sereno existente; Hinc non audiendi sunt, qui nullum discrimen admittunt inter tempus matu-

matutinum vel vespertinum, quò collectio instituenda, ante vel post Solis ortum, id quod directè contrariatur Experientiæ quotidianæ, siquidem noto notius est, quod nostra planta rore imbuta, & matutino tempore collecta facillè nigrescat & corrumpatur, id quod de veronica post Solis ortum collecta & rore absumto non sperandum. Semper tamen in collectione ad maturitatem & vigorem vegetabilium respiciendum.

§. X.

Consideratâ nunc hætenus, quantum fieri potuit Veronicæ notitiâ, ad præparata ex hac progredior; Quemadmodum verò ex aliis herbis, ita quoque ex hac eliciuntur ∇ . Magna tamen intercedit differentia inter Aquam ex succo vel ex solâ herbâ incisâ absque ∇ additione \mathcal{Q} atam, & inter aquam cum Vino \mathcal{Q} atam, item inter illam, quæ cum bacislauri in officinis destillatur. Aquam Veronicæ aurei coloris obtinemus, si veronica tota incisâ per octiduum maceratur & postmodum lentò igne \mathcal{Q} atur, ascendit enim simul Sal volatile Balsamicum; Hoc siquidem ante destillationem fixatur à blando sale fixo cum quibusdam terreis particulis combinato.

§. XI.

Altera vice quoque elegantissima Essentia ex nostra Veronicâ præparari potest, si videlicet ∇ alcalifatus vel \mathcal{F} atus foliis siccis & incisis superfundatur, ex

primatur & tertiâ vice hic labor reiteretur, donec color TRæ saturatè tinctus rubicundus appareat. Majoris verò efficacix fore Essentiam judico, si supra memoratus ♀ à Veronica leniorem & iteratam Quationem ex arena propellatur.

§. XII.

Alii indè parant Conservam ex floribus cum spicâ methodo Vulgari, quæ in Asthmaticis & Phthificis supra modum laudatur. Nec minus ignota erit Tragea ex foliis exsiccatis & saccharo optimo parata à plebejis inventa & usurpari solita.

§. XIII.

Apud Autores Practicos fit etiam mentio Syrupi, Extracti, Rob, Ois ex cineribus veronicæ combustæ præparati, quorum omnium præparationem vid. in *Pharmacop. Schröderi*, & super hanc *Clavem Pharmaceuticam Schröderianam Friderici Hoffmanni*. Nec reticendus erit Ω per fermentationem paratus & à sicca herba incisa iteratis vicibus abstractus, utpote qui Asthmaticis asylum erit. *Pechlinus* observavit, quod liquor veronicæ ad Oli mixturam in atramentosum colorem degeneret.

§. XIV.

Tandem quoque deprehendimus apud Autores Practicos, quod Veronica in pluribus Compositionibus tanquam principale ingrediens in usum trahatur.

v.gr.

v. gr. in *Elix. pectoral. Magnif. Du. D. Wedel. D. Mich. D. Valentin.* aliisque decoctis & infusis pectoralibus, de quibus permulta scripsit: *Magnif. atque Celeberr. Johannes Franckius in Collatione Veronicae Europaeae cum Thee Chinesis*, quod praemisso vomitorio tali, jugi usi decocti ex veronica a pertinaci vertigine quidam sanitati pristinae fuerit restitutus; v. gr. R. Herb. veron. m. s. folior. rorismar. p. ij infunde in ∇ fervent. & sicut Decoct. adhibeatur. Hoc decocto quoque se matronam ab usu per gialapp. valde debilitatam ad corroboracionem stomachi cum felicissimo & incredibili successu adhibuit. Ita quoque vix ullum paratur balneum sedandis renum doloribus conducibile, ad quod herbae veronicae non manipuli tantum, sed saepe integri fasciculi recipiuntur, inprimis saepius exhibetur infantibus calculosis & urinam non reddentibus: id quod Practici extollunt, magna cum laude tanquam euporiston etiam in aliis morbis praestantissimum; Imo in ardore urinæ, renum, phlogosi & incendio, calculo renum, urinarios ductus lubricando & squalorem eorundem feliciter temperando, tam ratione curationis, quam praeservationis mirabile est auxilium, subvenit partibus, per quas calculus transitum meditatur, & ad quascunque renum impuritates elutriandas simplex veronicae pulvis cum sacchari parte aequali paratus & cum infuso ejusdem datus, omnem laudem meretur; cataplasmatibus etiam forma pectini ac pubi applicata, cum miraculo calculosorum urinas prolicat, quin & si enema calculosis sit applicandum,

candum, hæc præ aliis eligatur; hæc enim methodo longè melius Nephriticorum medela luditur quam validioribus, calculum & urinam pellentibus medicamentis. Vid. Etmüllerus, in Schröderi Dilucidati Pythologia seu Regno Vegetabili p. 107. qui valdè commendat Veronicam in sanatione vulnerum & ulcerum, hæc enim consolidat & purificat, etiam vulnera cacothice maligna & inveterata, corrigit & ad sanitatem perducit. Postmodum commendatur in affectibus liënis veronica tanquam singulare remedium contra duritiem splenis ex infarctu vasorum. In Colica specificè laudatur à Cratone, trium Imperatorum Archiatro, sive sub Clysmatis formâ assumatur, Veronicæ & ∇ & Decoctum; Denique confert Veronica auxilium in iis, qui laborant copiosis excrementis in bronchiis pulmonum, qualia sunt pituita crassa & viscida, in tali casu prodest ∇ Veronicæ spirituosâ vel spiritus Veronicæ, pro adjuvanda expectoratione, ubi scilicet adest inanis ejiciendi conatus, dum incidendo Phlegma eorum expectorationem faciliat.

§. XV.

Ex quibus ratio in promptu est, quod in omnibus morbis à pituitâ viscidâ exortis, Veronica virtute suâ attenuante, abstergente & acidum absorbente aliosque humores acres temperante, invertente & roborante polleat, ventriculo subveniat, juges sanguinis in circulum motus decenter promoveat, proinde ad tollendam hemicraniam, catarrhum, visus debilitatem

tatem, furditatem, lingvæ, totius corporis paraly-
fin, pleuritidem, asthma, tussim, Phthisin, lèterum, item-
que ventriculi imbecillitatem & inflationem, colicam
flatulentam, diarrhœam, calculum, utrumque fœ-
minarum fluxum, gonorrhœam, Arthritidem, febres
varias, scabiem & exulcerationes quascunque, quâ
cura formâ usurpata, utilissima sit. Et ut alii glorian-
tur de Thée, quod caput levet reprimatque vapores
ascendentes ad caput; id etiam de nostrâ Veronica
accipiendum erit, nam eadem vires reperiuntur in ea,
& quandoque si usus diu continuatur, plures. Quoad
externum usum, multis Medicis per experientiam
constat, quod si Veronica cum oleo rosarum contera-
tur, in capitis dolore à Scorbuto dependente, tempe-
stivè applicata, multoties mira fecerit. Notum quoque
est in Tractu Rhenano, quod Mulieres ibidem ex Ve-
ronica corollas tergeminas nexas efforment contra
Hemicraniam & dolores contumacissimos. Sic quo-
que *Matthiolus in suo herbario*, quod aliquando Rex Gal-
liæ svasu Venatoris per veronicam à leprâ fuerit sana-
tus. Quam historiam etiam *Tabernaemontanus in suo
Botanico Lexico recenset de Betonica*. *Blanckardus* in sua
Praxi similiter commendat decoctum Veronicæ cum
o. juniperi in catarrhosis, tussientibus, spirandi diffi-
cultate laborantibus, in anginâ à tumore glandularum
laryngis & œsophagi dependente, & loquendi impo-
tentiam concitante. Ejusdem quoque utilitatis erit
roob. Veronicæ, quod *Celeberrimus Francus* adhibuit
in virgine enormiter tussiente, adeo, ut bulbi oculo-
rum

rum etiam prominere, quò etiam tenuem catarrhum ad pectus ruentem, stitit. In catharrhis verò scorbuticis addenda erunt ex junipero & summitatib. pini præparata, inprimis si immineat paralyfis scorbutica.

§. XVI.

Consentit in hoc *Antiquus Autor Anonymus*, qui conscripsit *Tractatum*, quem vocat *Anatomiam & Physiognomiam simplicium* pag. 35. mentionem quoque facit *Veronicae*, atque hanc valdè deprædicat sequentibus verbis: In solchen bittern Kräutern ist ein Erd Salz balsamischer Art/dann in denen bittern steckt der Erd-Balsam/und stecken in solchen simplicibus zwo herrliche Eigenschaften: Erstlich / daß sie keine corruptiones in visceribus lassen einfallen. Nam amara viscositatem incidunt, & indurata viscera resolvunt. Sondern allein die Bittere mit der Gallen eine natürliche Gemeinschaft hat/darumb dann die Galle auch bitter ist: Durch welche Bittere sie die meatus viscerum so wohl offen hält/ als auch allerley excrementa aus ihnen purgieret. Zum andern steckt auch in der Bittere der Erd-Balsam/ haben also solche Simplicia eine balsamische Art und Natur/ dadurch sie die Nutrimenta und anders / ehe es ad plenam digestionem kommen mag/ von aller Fäule erhalten/ daher widerstehen sie allen morbis, die in Epigastrio aus der Fäule entspringen: als da sind/ die Fieber/ Wärme und Ungezieser bey den Menschen; Dargegen/ wo man sie zuviel

zubiel braucht / so machen sie das Blut gallensüchtig /
und dörren aus das Glied. Wasser und natürlichen
Saamen / schaden auch denen / die blöden Magen ha-
ben / und das Essen nicht wohl behalten können.

§. XVII.

Iisdem fermè verbis licet Latinis, utitur *Magni-
ficus ac Illustris Du Doct. Georgius Wolffgangus Wedelius*
in suis amœnitatibus Materie Medicae pag. 27. lib. 1. sect. 1.
cap. 6. ubi sequentia verba habet: Amara de natura
alkalina, vim aperientem, incidentem quasi divi-
sam habent, nam 1. incidunt & aperiunt. 2 Simul ro-
borant ventriculum & hepar. 3 Præcipitant & de-
tergunt, undè sunt febrifuga & cholagoga. Putre-
dini resistunt, quatenus humores absorbent & calo-
rem vigorant, undè sunt anthelmintica seu vermes
necantia, & corruptionibus partium gangrænosifis re-
sistunt.

§. XIII.

Ulterius, quando *de traumaticis in lib. 1. sect. 2.*
cap. 8. modò laudatus Autor differit, *veronica* attribu-
it tanquam plantæ traumaticæ, alcalinum principi-
um, quod cum terreis remixtis pollet, citra morsum
desiccet, præcipitat & absorbet Verbò, impedi-
menta quæcunque in vulneribus obstantia aufert, na-
turamque in consolidatione unicè occupatam, juvat,
undè

C

Undè si usus spèciales attendamus, velificatur in genere requisitis necessariis, 1. labiorum distantium adductioni. 2. Adductorum conservacioni median- tibus simul fasciis, fibulis, futuris. 3. Ne quid la- biis vulneris intercidat, cautioni & 4. partis ipsius toni conservacioni, quæ ad omnium vulnerum uni- tionem requiruntur. Hinc & infixa ipsa tela, glo- bulos, officula, aliaque natura his adjuta, ejicit.

§. XIX.

Qualem usum in ipsa peste veronica possideat, Galli Medici multoties experti, utpote qui nul- lam plantam in majori æstimo venerantur tam præservacionis quam Curacionis respectu nostram Veronicam. Ita enim *Crato à Krafftbeim* sem- per adversus calculum colicam imò ad pestem abigendam illam commendavit, uti videre est in Epistola quadam ad *Camerarium*. Plus valere Extractum Veronicæ, quam Cardui ait; morbo ve- rò Gallico Carduum imprimis esse utilem. Quin & *Simon Pauli* historiam refert de matrona quadam no- bili, quæ antea sterilis, Deò autem benedicente ad- hibitò veronicæ pulvere per aliquot septimanas & dies, filiolum concepit & peperit. Quæ matrona postmodum aliquot mulierculis idem dedit consili- um, quæ postmodum eòdem remediò à sterilitate liberatæ fuerunt. Tales observaciones nobis inser- viunt, ut probemus, Naturam interdum simplici- bus plus gaudere quam compositis. Omni siquidem populo

populo notum esse arbitror, simplex vinum Veronicæ ex pulmonibus & renibus laborantibus oppidò esse conducibile, ac in eisdem usus Syrupum & aquam veronicæ quotannis omnibus in pharmacopoliis parari, de hoc syrupo *Hoffmannus* ita loquitur: Syrupus admirabilis est ulceribus pulmonis; quidam præferunt aquam bis terque datam, vid. *Zwelferum*, qui non sine ratione sentit, Syrupum ex succo veronicæ eum in modum esse parandum, ut syrupus de betonica conficitur. Patet ex hoc, quam salubris sit simplicium medicamentorum præ compositis usus, quin & tenuis præ pleno; simplex præ vario; patrius præ exotico aut peregrino, victus & optimus.

§. XX.

Quam magni æstimet *Olaus Borrichius* veronicam in Phthificis, patet indè, quod peculiare Thee antipthificum in *Tract. de usu plantarum* præscripserit:

℞. Radic. iussilag. ʒj.

albæ.

consolid. major.

Cortic. med. salicis tenell. ana ʒij.

Herb. veronic.

bugula

heder. ʒrestr.

sanicula ana m. ij.

Musci pulmonar. saxatil. flavi p. ij.

Sem. anis. ʒss.

lini ʒj.

Incisa & contusa in vitro afferventur. Egentiores loco ejus utantur vel sola veronica.

C 2

§. XXI.

s. XXI.

Decoctum elegantissimum in Phthisi ex veronica commendat *Dn. D. Mich. in Apparatu medicamentorum, p. 394. cap. ix.*

Rz. Radic Chin. Chin. ponderos. ℥iij. Infunde in

▽ iussilag.

veronic.

scabios. ana ℥j.

Stent. in Infus. per 24. horas. postea in vitro clauso bulliant, imponatur alembicus & coquatur, edulc.

Syrup. iussilag.

scabios.

pilosell. q. s.

ac filtra, *D. S. Sonderslich Claret wider den schwindsuchtigen Husten.*

Vel Rob. passulat. q. s. Cola per manicam Hippocratis

Vel sequens:

Rz. Herb. marrub.

Veronic.

iussilag.

hyssop.

heder. ▽ restr. ana p. iij.

Flor. belen.

scabios. ana p. ij.

Rad. irid. florent.

iussilag.

belen. ana ℥vj.

aristolocb. ○. ℥iij

Mecboacann. alb. ℥j.

Sem caribam. ℥vj.

Agarie. alb. ℥℞.

Passul. min. ℥j.

Grem. ꝑri. ℥iij.

Concil.

Concis & contus D. ad Chartam. S. Brust. Species. Possunt inde fieri vel noduli vel possunt coqui species in f. q. ∇ tussilag. veron & Vini, & exinde fieri Syrupus leniter purgans.

Porrò non desunt, qui usum Veronicæ in Rachitide suadent; hic morbus est novus, testante *Dn. D. Friederici*, quem Angli Rachitidem vocant, à viscositate humorum oriundus, hòc laborantibus corpus summè labefactatur, spiritus fit difficilis, molesta est tussis, rumet abdomen. pallent externa, spina dorsi incurvatur. & nodositates articulorum se produnt, in cujus curatione magni momenti sunt attenuantia & incidentia, quæ fluxiles reddunt humores, eosque per vias patulas corporis ejiciunt, qualia sunt ex simplicibus betonica, veronica, fumaria, salvia, rad. apii, cort. fraxin.

§. XXIII.

Dantur nonnulli, qui Veronicam ætatem florentem conservare, vires pristinas revocare, imò in ipso mortis confinio constitutis, vires subito restituere, afferere non dubitant. Et quis potest nostram gloriosam herbam sufficienter encomiis debitis extollere, cum ferè unusquisque Practicus peculiarem effectum de nostra Veronica expertus fuerit.

§. XXIV.

Nunc progredimur ad usum externum, ubi Auctores Botanici nostram Veronicam multis laudibus extollunt, inter quos est *Leonhardus Fuchs* qui in *Historia stirpium* pag. 168. Veronicæ vires sequentem in

C 3

mo-

modum describit. Mirificè ad cruenta ac vetera vulnèra & ulcera sananda confert: Scabiei enim & omnibus cutis vitiiis medetur. Ferunt, quondam hujus herbæ adjumentò Regem Galliaë elephantiaçò morbò correptum, à quodam venatore sanatum esse, cum is cervum à lupo vulneratum hujus herbæ comestione & assidua in illa volutatione, curasse se ipsum animadvertisset. Tumores etiam, quacunque in corporis parte fuerint, potissimum autem in cervice, discutere potest.

§. XXV.

Quoad usum externum similiter & *Tabernamontanus Lib. 2. Cap. 28. pag 774.* singularem virtutem *Veronicæ* adscribit, quod nempe contra ictum aranearum vel etiam contra canis rabidi morsum egregie conveniat, si herba in cerevisia probè cocta exterius applicetur, ubi læsio facta. Quemadmodum etiam contra omnis generis scabiem & ex anthemata scorbutica, herpetem &c. egregie convenit. Modò dictus *Tabernamontanus* locò citatò egregiam describit aquam mirificam in omnibus vulneribus malignis, putridis & corruptis, ut & lepra, v. gr. &c. *li albi Libr. j.* solve in ∇ *Veronicæ*, ac cum alumine, ℞ lo, viridi æris commisceantur & serventur ad usum. In morbo Gallico Gargarisma ex ∇ *Veronicæ* in tumore & inflammatione glandularum jugularium & uvulæ inflammata ter vel quater de die adhibitum magnum levamen affert.

fert. Anginosis, licet etiam foramina in glandulis de-
prehendantur, valde confert.

§. XXVI.

Unicum adhuc monendum, nempe, quod Θ ex
Veronica præparatum singularem usum præstet in ex-
ulceratione pulmonum, in quod plurimi Botanici
spem reconvalescentiæ ponunt, de quibus etiam pos-
sunt evolvi Autores Præctici, qui de hæc verba pluri-
ma conscripserunt. Plura non addimus, sed
huic Disputationi felicem
imponimus

F I N E M.

*DEO interim Ter Optimo Maximo sit
Laus & Gloria in sempiterna
Secula!*



COgnomen fallit; non est tibi curta
 supellex
 Doctrinæ, Curti! sed benè farta
 penus;
 Quâ magnos licet ipse brevis de corpo-
 re morbos
 Pelles; hinc tibi plebs magna tro-
 phæa canet,
 Non decurtabis patienti Curtius an-
 nos,
 Sed prolongabis stamina curta se-
 num.

Sic Nobilissimo & Doctissimo Domino
 Doctorando aggratulari
 voluit

Joannes Fridericus de Pré,
 Phil. & Medicinæ Doctor, ejus-
 demque Professor & Assessor
 Extraordinarius.



Erfurt, Diss., 1717




f

TA-70L

nur 2 u 4 bisher verknüpft







Farbkarte #13

B.I.G.

2. D. B. V. 5
DISPUTATIO INAUGURALIS BOTANICA,
A G E N S
DE 1717,4
VERONICA,
Grundtheil / Ehrenprei

QVAM
RECTORE HUIUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
D O M I N O

PHILIPPO WILHELMO,
S.R.I. COMITE DE BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ ATQVE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO
INTIMO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESiarUM, MOGUN-
TINÆ ET TREVIRENSIS, CANONICO CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE
SUPREMO CHORI-EPISCOPO; EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GUNTINI CONSILIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIQVE
ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPE,

PERMISSU ET AUTHORITY
AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ ERFFURTINÆ
SUB PRÆSIDIO

DN. JOANNIS PHILIPPI EYSELII.
PHILOS. ET MED. DOCT.

ANATOM. CHIRURG ET BOTAN. PROFESS. PUBL. CELEBERRIMI, EJUSDEMQVE
FACULT ASSESS. PRIM. ET SUBSENIORIS GRAVISSIMI, p. t. DECANI, ACADEMIÆ
IMPERIALIS NATURÆ CURIOSORUM COLLEG. LONGE DI-
GNISSIMI ET P. L. C.

DOMINI PATRONI, PROMOTORIS, OMNI HONORIS CULTU PROSEQVEND.
PRO LICENTIA,

SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES, AC PRIVILEGIA
DOCTORALIA
LEGITIME OBTINENDI,

PLACIDÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI EXPONIT
JOHANN DANIEL CURTIUS, CORBACHIO - WALDECCU
DIE. XIV. JANUARIII, ANNO M DCC XVII.

IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS,
HORIS CONSUVETIS.

ERFORDIÆ, TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR,